



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCLXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

REGVLA CCCLXXII.

FILIVS potest cōpellere patrem, vt sibi ministret sumptus & expensas in studio. Hanc reg. probat tex. in l. de bonis, in §. non solum. ff. de Carbo. edict. cuius verba sunt. non solum alimentā prelati debent pupillo, sed etiam in studia, & ceteras necessarias impensas debet impendere pro modo facultatem. Et licet non loquatur de patre tamen tex. & ibi expresse Doct. in patre loquuntur, in l. Macedoniani. C. ad Macedonia. & ita tenet Vitalis Nemanensis in tract. de colla. quest. v. nu. 11. in fi. verbis Barth. Bolo. in rep. Anton. habita. C. ne filij. pro pat. nu. 167. Circa quam regulam vide supra posita in reg. cclxx.

Hanc regulam ponit cum quatuor limitati. Petrus Rebuffus in tract. de priuilegiis scholarium: in priuileg. liij. a nu. 1. vsque ad fi.

REGVLA CCCLXXIII.

FILIA clam contrahens matrimonium, potest a patre exhereditari. Hanc regulam probat tex. in l. xlix. Tauri. Circa quam videtur Doct. ibi, vide Pala. Ruui. in repe. c. per vestras. in. iij. no. §. vi. cum seq. D. Corruo. in Epitome de spōsalibus: in ii. par. c. iij. §. viii. nu. 5. & in c. vi. in prin. nu. 7. Chassang. in consue. Burg. in ti. (Des iudices.) Rubr. j. §. iij. fol. 32. col. iij. nu. 16. cum seq. Parisi. notab. in consl. xxix. per totum, lib. iij. Matthæ. de Afflict. in const. Neapol. lib. ij. Rubr. ix. nu. 1. cum aliis.

Hanc regulam limitat quinque modis. D. de Castillo in d. l. xlix. Tauri. nu. 31. in gl. in ver. (a sus hijas.)

REGVLA CCCLXXIIII.

FISC i priuilegia quot sunt, vide. xxxi. quos ponit Pau. de Ca. in l. 18. in te. nu. 3. C. de priuileg. fisci. Et trigintaduo priuilegia ponit Ioa. Gallus in quest. per Aresta Parlamenti Parisiensis decisis. q. vi. fol. clxxx. col. ij. cum seq.

Sexagintasex priuilegia ponit Iacobi. de S. Georg. in tract. feudorum: in verbo. sed an princeps, a nu. 2. vsque ad fi.

Præterea xci. priuilegia ponit Matthæ. de Afflict. in c. si duo fratres, nu. 15. vsque ad nu. 109. de fratri. de nouo inuesti. in v. si. feu.

Ad hæc vide cxi. priuilegia fisci quæ ponit Fran. Luca. de Parma in tract. de fisco, & eius priuilegiis: in j. par. nu. 7. vsque ad fi.

REGVLA CCCLXXV.

FISCVS ratione partis hereditatis quam habet cum socio, potest vendere totam hereditatem. Hanc regulam probat text. in l. 1.